Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8285
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



abstergat in loco mundum et postea illa scopa debet comburi

Tractatus de matrimonio et habet quatuor partes.

Expedito cum dei adiutorio tractatu de sacramentis que quidem vegetant nutriunt promouent reparant hominem in vita spirituali restat tractandum de sacramento quod producit hominem et quidem in esse in vita spirituali scilicet de sacramento matrimonii. Quia ideo vero libellus iste inventus est propter simplices qui non possunt simul multum in lingua prosaica alle gario que multos iuriumque tum de iure tanto quam civili in ista materia plusquam in aliis precedentibus adducunt simplicibus et minus peritis confusionem inducunt. Dicto ab eo hinc allegaretur nec dum hinc allegacionibus quibus potero abstinendo cum simplices hinc allegacio nec dum intelligere nec legere sciunt quia sicut dispositio precedit formam sic sponsalia precedunt matrimonium. Ideo prima de sponsalibus est videndum.

Prima pars tractatus septimi de sponsalibus et habet XV capitula

Ista igitur sponsalia considerandum sunt quoque per ordinem primo quot sint sponsalia et unde dicantur secundo quali contrahunt. Tertio qua etate possunt contrahi. Quarto quid est effectus sponsalium. Quinto in quibus casibus dissolunt.

Capitulum primum quae sint sponsalia et unde dicantur

Sponsalia sunt futurae nuptiarum promissio. Quod diffinitum quae cois est canonistarum et legistarum patet quod sponsalia sic dicuntur precedere matrimonium sunt quae predit futuro. Dicuntur sponsalia a spondeo. Desponsio quod idem est quod promitto.

Capitulum secundum quomodo contrahunt sponsalia

Contrahunt sponsalia quatuor modis uno modo promissio et quidem de nuptiam te in uxorem et ut ducam te in maritum. Alio modo dat aurum sponsalicium scilicet pecunia vel aliquibus aliis rebus. Alio modo annuli subarratio et id potest vocari desponsatio sed proprie subarratio nuncupatur. Alio modo mutuamente iuramento tamen quod semper sint verba de futuro et dictum est quod si essent verba de presenti non essent sponsalia sed matrimonium.

Capitulum tertium in qua etate possunt contrahi sponsalia